

**1864** in monte *della Croce* (*Pleckenalpe*) in latere quod ad Italiam vergit ad viam antiquam (quae fuit ad sinistram venienti ex Italia viae eius quae nunc est) centum fere passibus sub summo monte titulus extat in ipsa rupe incisus, evanidus admodum, ut litterarum vestigia satis explicare non potuerim, licet examinarim diligenter et scalis admotis et clara luce.

RESPECTVS T K/L  
UXR // IOPPVEC: /  
GAL: / ILLYR SER . VII  
... C . . . . .  
5 / ER IN . . . . .  
°ER / ON / i . . . . .  
PERICLITA / IM . . . .  
TAM . T . . . . .  
/ EX TI D . . . . .

V. 1 τ post s certa est; sequens littera videbatur esse κ, et Η pro ea vix admittenda; denique litterae AL satis certae. — 2 in. 1 certa est, sequens vero ambigua, utrum x fuerit an ε; septima potest fuisse ο vel c. — 9 extrema littera fuit aut δ aut ο.

Respectus T. Kal . . . . c(onductoris) p(ortoriorum?) p(ublicorum) vec[ti]gali[s] Illyr(ici) ser(vus) vil(icus) . . . . .  
 Contuli. Primus, qui descripsit, parochus est Io. Bapt. Hyacinthus de Riva († 1752), cui acceptam referunt et Bertoli in antiq. Aquil. ms. n. 708 et Grassi in Carnia (1782) p. 11; quamquam utrumque exemplum satis differt. Ex Grassio repetivit Filiasi *mem. de' Veneti* ed. 1 (1796) 2, 246, ed. 2 1, 456, addens Cortenovium et Asquinum tempore impeditos hanc describere non potuisse. Cortenovius tamen in codice suo p. 52. 53 habet duo exempla, quorum alterum Bertolianum est, alterum ex lapide certe emendatum. Habet item Asquinus *Forogilio* p. 54, testatus se vidisse a. 1782 cum Cortenovio. Descripserunt deinde Siauve, qui item edidit in eph. *Moniteur universel* 26 Febr. 1809 et sugli ultimi scavi di Zuglio (Veronae 1812) p. 3; Ankershofen 1 adn. p. 38, qui vidit 30 Aug. 1834; Iabornegg *Archiv für Kärnten* 1849, 53; Cumano a. 1857 qui mihi dedit; Steiner 4061 a prioribus; M. . . . in Carinthia 1858, 67. — Subieci sex potiora exempla cum propter interpolationes, maxime Asquinianas, tum propterea quod Siauvianum (quod lapidem examinanti mihi vellem ad manus fuisse) diligentissime factum eoque tempore, quo scriptura paullo plenior etiamtum erat, certe dignum est quod expendatur. Recentiora autem Ankershofeni Iaborneggi Cumani propriam utilitatem nullam habent itaque ea omisi.

Bertoli:	Grassi:	Cortenovis:	Siauve:	Asquini:	Anon. in Carinth. 1858:
CES FECIT . . . L III VIROS	/ ICES FECIT // / L // / /// III VIROS	RESPECTV · DIVI CAESARIS III VIROS	RESPECTVS · T · IVL PER // ICII · P · VECTI	RESPECTV col · IVL KAR . . . . . VECTI	RESPECTVETHS. N · R · ICHNIVECP ·
CALEND·R·SEP . . .	GALLI // / LIBER SERVII // / / / / / / / / / / / /	GAL C LIB ET SERV // / E / / / / / / /	GAL·S·ILLYR·SER·VIL STAT · CV // IEM // /	GAL . . . . . SER·VIL STAT · r. p. iULIENS	GALLI · R · SERV · · · · · ·
SI IN . . .	// / REN	// / / PERENNIS	// / GRIN // / / /	. . . . RIN . . . .	· ALPIN . . . .
ER MONT . . . .	BENEFICEN // /	// ERENN // /	PER / ONT // / / /	.. E .. mONTem alpin	PER . . . . .
PERICLITAN . . . .	PERICLITAN // /	PERICLITANTE //	RICLITABANT //	PERICLITANTE pop	RICLITA . . . . VN
VIAM SEMP . . . .	VIAM STABI // /	VIAM STABILEM // / / / / / / /	FAM STABI // /	VIAM · STABilem . . . . .	TAM ST . . . . .
			EXERCIV · IN // /		SEXTO . . . . .

Horum titulorum aliquam notitiam habuerunt iam qui his rebus operam dederunt saeculo XV. Nam Marcus Antonius Coccius Sabellicus in commentario de vetustate Aquileiensis patriae (fol. A. VII' cf. B. VIII' ed. principis s. I. et a.) scripto c. a. 1482 haec habet: 'In monte Crucis 'praerupta rupes occurrit cum calle angustissimo militari opere munito, 'ut ex vetusto epigrammate praecipiti saxo sculpto, sed magna ex parte 'ob vetustatem abolito datur intelligi. Eius principium eiusmodi est: 'C·IVLIVS·CAESAR; reliqua tum loci asperitate tum vetustate, ut dixi, legi 'nequeunt'. Secutus Io. Candidus (comm. Aquil. 1521 f. 1) 'Montis 'Crucis', inquit, 'a Julio Caesare accessibilis via facta, idque ex anti- 'quissimis litteris medio ferme montis ascensu praecipiti saxo excisis 'constat, [item] ex Iulia modo Zulii. Verba sunt: C·IVLIVS·CÆS·VIAM. 'INVIAM·SOLERT·S·ET·IMPENDIO·ROTAB·REDD'. Posteriores pendent ex Candido omnes; habent autem inter alios hanc confictam inscriptionem Tacuinus 1525 f. 76 (inde Grut. 149, 1); Lazius r. r. p. 1209 (qui pro ROTAB. dedit NOTAM); Ligorius ms. Taur. 8; Valvasoni descr. della Cargna ms. 1565 sic: 'Si vede ancora nel sasso della montagna [Montis Crucis] 'il seguente epitaffio di lettere sesquipedali: C·IVL·CAESAR·VIAM·INVIAM· 'ROTABILEM·REDD, ed alle radici del detto monte ve n' è un altro, e 'l terzo 'nella sommità; li quali per esser guasti dall' antichità non si possono 'leggere altrimenti'; Pinelli c. a. 1580 cod. Ambros. R 125 sup.; Ermacora in antiquit. Carniae scriptis post a. 1584 p. 25 ed. Ital. (in ms. ego non observavi), ubi sic refertur: IVLIVS·CAESAR HANC·VIAM·INVIAM· ROTABILEM·FECIT, vel, ut ex schedis Ermacorae refert Grassius (Carnia p. 10): C·IVL·CAES·VIAM·HANC·ROT·S; Henr. Palladius de reb. Foroiul. p. 71; Morocuti ms. 1712, qui addit se ipsum vidisse in monte Crucis alterum titu-

lum incipientem a verbo MVNIFICENTIA et tertium evanidum; Muchar Nor. Rom. 1, 250, qui dicit descriptam esse ab episcopo Linzensi Hohenwarth (inde Orelli 583); Kandler in Istria 1849, 81 ex relatione Rovis negotiantis Mautheniensis (inde per Seidlum Henzen in add. ad Orell. l. c.). — Discedit ab his Pigafetta in relatione ms. d. 10 Febr. 1580 (cod. Ambros. R. 125 sup.) f. 6: *A mezo il monte [della Croce] in salendo su la via alla destra in loco detto il mercato vecchio è un sasso grando, in uno quadro del quale sono intagliate lettere Longobarde che non si possono intendere e cominciano così MVMERENIRADAVCOVE [id est n. 1862] et sono molte lettere: alcuni dicono essere in lingua Hunghera . . . Nella sommità di detto monte et in certo sito, ove s'alza un cingio ben grande, sono in lui scolpite fra quattro linee, che formano un piccolo quadrato longo cavato poco adentro in quel sasso, alcune lettere latine . . . dal tempo . . . consumate. Le prime lettere si vegono tanto che si può leggere PET e poi di sotto ROT [n. 1864]. Questo è quanto ho potuto comprendere . . . Ben affermo non esservi segni di lettere, che esprimono C · IVLIVS · CAESAR, si come dicono il Candido di Udine ed altri letterati del Friuli.* — Praeterea Lirutius in schedis ms., quas vidi Utinae apud Pironam, item similiter Eckhelius ms. 8, 15 (ubi praescribitur ‘in Pecsen inter Paulucs et Mauatern’) haec habent, quae ipse Lirutius damnat, data Lirutio a duobus fratribus monasterii servorum S. M. de Licau tamquam descripta a. 1745 (nam Eckhelius auctorem non enuntiat): IVLIVS CESAR ETERNA PIORVM MEMORIA CVM POPVLO ROMANO ET IVNIO BRVTO TRIVMVIRO ROMANO HANC VIAM ANNO CIC DEMONSTRAVIT OPERISQUE PARATVS SEMITAM VNANIMES OMNES AVGVSTAM EXPLICVIT, in quibus aegri somniis quaedam apparent desumpta ex n. 1863.